Vellem inquam ut sapiens Sanctorum Patrum hac de
re differentium eruditio plene sentiam ~~lu~~ ac opinione
bene sentiant, qui versum illud Italiae Romanae applicandam
pulchre ostenderunt: quae Nigra est per culpam, pulchra
per gratiam, nigra per vitium, pulchra per lavacrum, nigra
per delictum pulchra per Christum. Vides quid Nigrum
Ambrosius appellet, quod scil: culpa, et vitio, et de-
licto obnoxium est? Si vero eundem et de Virgine
Matre dictum esse velis, non dispenso; verum non in
sensu, ut [illegible], litterali, sed tropologico ipsum
intelligendum esse varios ob usus ad honorem. Nam veri
sensui reclamant ipsius Virginis venerandissimi co-
rilli [?], Magni instar Muneris mortalibus relicti; quos
Aurum, non Vulcanum aemulari testes oculati omnes affirmant.
Jam nonne eadem pulchra ut luna vocatur? At
lunam rubro potius, quam nigro colore affectam esse, nemo
est qui ignoret. Jam nonne haec ipsa flos campi
ac speciosa in campis appellatur? At vos Nigri
quaeso, quem florem, aut aliud quidcunque, Nigrum
conspexistis? omnia [illegible], omnes Elysios campos, Atque
Adonidasque hortos omnes, in quibus nihil quod Flora
in Nova Deorum produxit, non luxuriare credit, haec
omnia, inquam, non animo solum, sed et pedibus percurrite,
nullam profecto rosam, nullum florem, nullam plantam
nigram, praeter solas fabas, reperietis, quae ob id